XI/292

292

Joannes Jaco: à Hilis Lucern: Joachimo Vadiano
praeceptori suo salutem

Accipe hilari fronte Doctissime Vadiane xeniolum
hoc minio, tuis in me meritis paria faciens neque hoc tantillo
uenor. Sed utcunque beneuolentia ac obseruantia meam
erga te contestans. Quid tamen cauilletur quispiam
homini lacerato cum gladio: Minerua suerit. non sine ea
ut cum iam patria diis auspicibus preclaro matrimonio
quo nec gratius nec latius quicquam hoc tempore mi accidere
potuisset deuinctus et oppigneratus non minus armis et
manu quam consilio ac prudentia, adiuuare ac consul-
ere necessum habeas. Optime uale eximium patriae
decus ac me quo nec amantior nec obseruantior
tui quisquam est tua authoritati commendes. Parisiis

Ex tempore Nonis Octobris

Clarissimo ac undecunque doctiss-
imo Joachimo Vadiano prae-
ceptori suo Tiguri agenti